



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1862**

V. Der Provosir des Hauses Werben bekundet das Dorf Tzerne dem Kloster verkauft zu haben, ohne Jahr (vor 1235.)

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55716)

wlgo dicitur Recht vnde vnrecht, Indulgentes, vt ibi memoria predecessorum nostrorum et nostri tanto largius perpetualiter habeatur. Vt autem hoc nostrum indultum perpetuo valeat vigere, presentem paginam inde conferri et sigilli nostri appensione iussimus insigniri. Huius Rei testes sunt heinricus, Curie nostre pincerna, Conradus de Gartowe, Aluericus de kercowe, De ghenardus, aduocatus de zaltwedele. Acta sunt hec apud zehufen, Anno gracie Millefimo ducentesimo vicefimo quinto, VIII ydus nouembris.

IV. Johann und Gebhard von Ploto überlassen dem Kloster Arendsee 42 Hufen Landes zwischen Negeband und den Dünamündeschen Klosterbesitzungen an der Temniß, am 2. Mai 1232.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Amen. Notum sit vniuersis tam futuri quam presentis temporis fidelibus, quicunque presentem paginam perspexerint, quod nos Johannes et Gheuehardus, fratres de Ploto, ecclesie in Arneffe ad sustentacionem monialium XLII mansos cum omni Jure contulimus, tam in pascuis, quam in agris et paludibus et aquis et siluis. Presentibus hiis domino Johanne, aduocato de kyrifz, Theoderico de Bertekow et fratre eius frederico, Gherardo de Rube, Ottone, Rodolfo, Arnolde, Castrenfibus in wstrehufen, pluribusque fide dignis. Ne igitur heredum nostrorum hanc donacionem, quam ratam esse volumus, aliquis queat infringere, priuilegium dedimus, quod sigilli nostri inpressione corroborauimus. Isti mansi iacent inter nyzzebant et dominum abbatem de dunemunde super Tymanize fluuium. Datum in Wustrehufe, Anno ab incarnatione domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. XXXII<sup>o</sup>., VI<sup>o</sup>. monas mai.

V. Der Provisor des Hauses Werben befundet das Dorf Tzerne dem Kloster verkauft zu haben, ohne Jahr (vor 1235.)

Omnibus Cristi fidelibus Prelatis et Subditis hanc litteram inspecturis frater A. prouisor in Werbene cum fratribus et sororibus eiusdem loci oracionem suarum in Cristo participium. Testimonium perhibeamus hoc scripto, quod ad voluntatem Magistri nostri et tocuis Conuentus ecclesie nostre villam tzerne ecclesie Beate Marie Virginis in Arneffe vendidimus, quam ecclesie nostre pie memorie Albertus Marchio contulerat, licet eandem villam usque ad hec tempora infructuosam tenuerimus, et ne alicui calumpniandi detur occasio, hoc factum sigilli nostri appensione roboramus.